



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Eisdem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20006**

ABBATI ET CONVENTVI  
Virziliacensi.

accensis vice nostra excommunicetis, & interdicatis, nuncietisque excommunicationis & interdicti vinculo innodato: quos tamdiu volumus sicut excommunicatos & interdictos ab omnibus evitari, donec de perpetratis excessibus satisfacient competenter, & si delicti qualitas hoc exegerit, ad sedem apostolicam cum testimonio literarum Abbatis vel Capituli veniant absolvendi. Liceat insuper vobis, sicut à benignitate sedis apost. instantius postulaisti, ut in solennitate, quam in translatione beatæ Mariae Magdalena infra Quadragesimam annis singulis celebratis, ad gloriam Dei & laudem, ob solemnitatis ipsius reverentiam, *Gloria in excelsis Deo* ad Missas de festivitate ipsius in monasteriis vestris solemniter decantetis. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum.

## EIS DEM.

Eps. 118.  
De privilegio  
in transdem a-  
liorum, & quo  
privilegiani  
abutentes, im-  
petrato, revo-  
cando.

**A**d audientiam apostolatus nostri pervenit quod Canonici Castrii Centuriæ à sede apostolica indulgentiam impetrarunt ne pro injuriis à dominis ejusdem Castrii vicinis Ecclesiis irrogatis, Castrum ipsum subjici valeat interdictio: cuius libertatis occasione prædicti domini malignandi materiam assumentes, vobis & Ecclesiis vestris damna plurima & injurias intulerunt, de quibus nullam potuistis consequi rationem. Ideoque præsentibus vobis literis indulgemus, ut præscripta indulgentia in præjudicium justitiae & iuris monasterij vestri nullas vires obtineat in posterum vel effectum. Datum Romæ apud sanctum Petrum.

GERARDO ABBATI  
Virziliacensi.

Eps. 139.

**C**um à nobis petitur &c. usque ad verbum illud assensu. Devotioni tuae præfenti pagina indulgemus ut liceat tibi & successoribus tuis homines tuæ subditos potestati, civili judicio experiri coram te volentes, lite mota, juris ordine observato, ad judicium convocare, & cogere appellatione remota ad judicium quod justè tuleris observandum. Nulli ergo &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum X. Kalend. Maij.

¶¶¶¶¶

**C**um ad quorundam malitiam coer-  
cendam in Concilio fuerit Latera-  
nensi multa deliberatione statutum ut  
Archiepiscopi, Episcopi, Archidiaconi,  
Archipresbyteri etiam, & Decani, cer-  
tum electionis numerum & personarum  
in Ecclesiarum visitationibus non exce-  
dant; quia, sicut audivimus, quidam ex  
prædictis personis id in Ecclesiis vestris  
nequaquam observant, super eo commo-  
ditati vestrae salubriter duximus provi-  
endum. Ideoque discretioni vestrae pre-  
sentium auctoritate concedimus ut si  
prænominatae personæ numerum eve-  
ctionis & personarum in Concilio con-  
stitutum, cum Ecclesiæ visitant, excede-  
re forte præsumplerint, & pro illis pro-  
curationem exegerint, liberum sit vobis  
auctoritate apostolica denegare. Et si  
proper hoc in Ecclesiæ vestras vel Cle-  
ricos vestros aliquam sententiam pro-  
mulgaverint, ipsam auctoritate aposto-  
lica decernimus non tenere. Nulli er-  
go &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum.

## EIS DEM.

**C**um à nobis petitur &c. usque ad verbum illud justis precibus inclinati, conventionem inter vos ex una parte & dilectos filios nostros nobilem vi-  
rum Perrum Comitem Nivernen. &  
Agnetem uxorem ipsius ex altera, per  
solicitudinem venerabilis fratris nostri  
O. Hostien. Episcopi tunc apost. sedis  
Legati, mediante carissimo in Christo fi-  
lio nostro Philippo Rege Francorum il-  
lustri unanimiter factam, super obliga-  
tione procurationum, quas ipse Comes  
in Pascha & festivitate sanctæ Marie  
Magdalena ab Ecclesia vestra accipere  
dicebatur, pro mille quingentis marchis  
argenti facta, sicut in eorundem Regis,  
Episcopi, Comitis, & Comitissæ, & bonæ  
memoriae Archiepiscopi Senonen. & ve-  
nerabilium fratum nostrorum Eduen.  
Lingonen. Antiodoren. & Nivernen.  
Episcoporum scriptis authenticis & ce-  
stimonis pro bono pacis & concordiae  
continetur, auctoritate apostolica con-  
firmamus & præsentis scripti pagina  
communimus. Præterea vobis distictius  
sub excommunicationis pena vetamus,  
ne de pecunia ista liceat vobis vel succe-

Eps. 140.  
Ne Prelati vi-  
stantes, multi-  
tudine mini-  
strorum Eccle-  
siæ graveat.  
Cap. Cum ad  
quorundam. De  
excess. Prelat.

Eps. 141.  
Concordiam  
super procu-  
ratione cum Co-  
mite Nivernen.  
approbat.  
De controversia  
qua erat inter  
Comitem Ni-  
vern. & mona-  
chou Virziliac.  
vide To. III.  
Spicilegij Da-  
theriani pag.  
529. & seqq.  
583. & seqq.

K iii

foribus vestris aliquid relaxare. Decernimus ergo &c. Datum Romæ apud sanctum Petrum.

*SENONEN. ARCHIEPISCOPO,  
Eduensi, Lingonensi, Antifodorense,  
& Nivernen. Episcopis.*

*Epiſt. 142.  
Vt cōcordiam,  
de qua epīſtola  
precedenti, Co-  
mitis heredes  
atque ſucceſſo-  
res obſeruare  
cogant.*

**V**usta novit universitas quæ con-  
ventio intervenerit inter dilectos  
filios nostros Girardum Abbatem & fra-  
tres Virziliacen. & nobilem virum P.  
Comitem Nivernen. atque Agnetem  
uxorem ipsius super obligatione pro-  
curationum quas ipſe Comes à cœnobio  
Virziliacen. in Pascha & festivitate bea-  
tae Maria Magdalena recipere diceba-  
tur. Cūm igitur compositionem illam ad  
exemplar felicis memoriae Celestini Pa-  
pa prædecessoris nostri, qui ejus proce-  
ſum plenè cognovit, auctoritate aposto-  
lica duxerimus confirmandam, frater-  
nitati veſtræ per apostolica scripta man-  
damus, firmiterque præcipimus, qua-  
tenus si prædicti Comes & Comitissa vel  
heredes eorum ab illa compositione re-  
ſilierint, & non observaverint eam,  
quemadmodum in authenticis scriptis  
venerabilis fratris nostri Octaviani Ho-  
ſtien. Episcopi, tunc apostolica fedi Legati,  
& carissimi in Christo filii nostri Philippi Regis Francorum illustris, & eo-  
rumdem Comitis & Comitissæ & veſtris  
evidenter continetur, vos eos aucto-  
ritate noſtra ſuffulti ad observationem  
ejusdem conventionis & ſingillatim &  
communiter per excommunicationis &  
interdicti ſententiam, ſublato appella-  
tionis impedimento, cogatis. Volumus  
autem ut ſicut vos ad hoc tenemini, ita  
& veſtri ſuccesſores ad idem in posterum  
teneantur. Datum Romæ apud sanctum  
Petrum.

*ARCHIPIRES BYTERO  
S. Andree de Pallian.*

*Epiſt. 143.  
Vt uxorem, quā  
maritus ob prā-  
vam fulſionē  
abjecerat, reci-  
pere cogat, &  
Clericum de  
ſuo criminē  
gloriantem  
ſuſpendat.  
Cap. Quām fit  
grave. De exce-  
ſibus prelatiori.*

**Q**uām sit grave crimen in Clericis  
gloriarī cū malefecerint, & in  
rebus pessimis exultare, nullus ſane men-  
tis ignorat. Accepimus ſanè ( quod non  
ſine dolore referimus ) quod cū Ric-  
cius de Gerrone R. filiam ſuam cuidam  
Iohanni nomine tradiderit in uxorem,  
Petrus Diaconus Ecclesiæ sancti Petri,  
filius A. facerdotis, non erubuit publicē  
profiteri ſe prædictam feminam carnali-  
ter cognoviſſe. Vnde factum est quod  
prædictus viꝫ ad propria eam remitte-

ret, cui fuerat matrimonialiter copula-  
ta. Quapropter per apostolica tibi ſcri-  
pta mandamus, quatenus ſi tibi conſtitui-  
rit de præmissis, omni contradictione &  
appell. ceſſante præfatum Clericum ab  
officio & beneficio ſuſpendere non poſt-  
ponas, compellens virum ut uxorem  
ſuam recipiat, eique, ſicut iuſtum eſt,  
officium exhibeat maritale. Datum ut  
ſuprā IV. Idus Maij, pontificatus noſtri  
anno primo.

*BRIXINEN. ELECTO.*

**S**i gratia factam tibi à ſede apost. gra-  
tiam recepiffes, nec ejus benigni-  
tate fuiffes abuſus, privilegium forſan  
non mereris amittere, dum non abu-  
reris confeſſa tibi à ſede apost. poſteſta-  
re. Cūm enim, ſicut accepimus, bona  
memoriae Celeſtinus Papa prædecessor  
noſtri tibi miſericorditer indulſiſſet ut  
aliquandiu morareris in ſcholis, ut pagi-  
na divinæ vacares, beneficij hujus ingra-  
tus, & indulgentiam iplam indecenter  
interpretans, ſecularibus legibus adhæſi-  
ſisti, non attendens quod secundum Apo-  
ſtolum nemo militans Deo implicat ſe  
negotii ſecularibus. Quia igitur abuſio-  
nem tuam non poſſimus & quanimitate  
uertere, diſcretione tue per apostol.  
scripta mandamus, & diſcretè præcipi-  
mus, quatenus omni mora & excufa-  
tione ceſſante, ad gerendam ſolicitudinem  
Ecclesiæ tibi credita revertaris; aliquem  
bene inſtruſtum in divina pagina, per  
quem proficer poſſis, tecum, ſi voluer-  
is, deducetur; ne forte, ſicut in annis,  
ita pariter & in actibus juuenem te  
oſtendas. Datum Romæ apud sanctum  
Petrum.

*DECANO, CANTORI,  
& I. Morelli Canonico Xantonen.*

**N**obis, nec immeritd, ad cumulum  
indignationis accedit, quod multi  
apostolica ſedi reverentiam minimè  
attendent, in tantæ rebellionis acu-  
leum eriguntur, quod ad receptionem  
eorum etiam quos noſtriſ ſervitiis inſiſte-  
re nobisque familiariter adhærere non  
dubitant, diſſiciles ſe oſtendunt, gravi-  
terque repugnant, ut mandata aposto-  
lica eludantur. quod tanto nobis cedit  
ad dedecus, tantóque acrius nos com-  
movet contra eos, quanto ignominiosius  
videretur, ſi propter remiſſionem ac te-  
piditatem noſtram eorum infecta nego-

*Epiſt. 144.*

*Epiſt. 145.  
Vt Villhelmū  
ſcriptorē Pa-  
pa euren in ca-  
nonicā Picta-  
vienti paciſſe  
tueri.*